Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

no patet ex sacra scriptura
quia cum deus duo genera
discipulorum habuit quosdam
in numero duodeno et quosdam
in numero lxx. primos apostolos vo-
cavit quos super se et super eos
ecclesiam fundavit. Secundos
vero simplices discipulos ap-
pellavit. Apostolis primo collata
fuit potestas imponendi ma-
nus et consecrandi non autem
simplicibus discipulis ut ha-
betur in textu et glossa dist.
xxi. Et ideo apostolis succedunt
episcopi discipulis vero sim-
plices presbyteri ut habetur dist.
xxi. In novo testamento pa-
tet quod auctoritas ordinandi
et manus imponendi secundum
formam ecclesie primitive appro-
priatur episcopis. Unde Apostolus
scribit ad Thi. v. Nemini
cito manus imposueris. Pre-
dicte autem divine institu-
tionis fuit ratio congrua
quia sicut ad solum principem
pertinet non tamen ordinare vi-
ros bellatores sed etiam exer-
citus duces sic et ad episcopos
solos qui sunt in ecclesia prin-
cipes non tamen pertinet ordina-
re homines ad certandum contra
fidei persecutores audacter
confitendo fidem Christi quod fit
per sacramentum confirmationis sed
etiam constituere duces exer-
citus ecclesiastici quod faciunt
conferendo sacramentum ordinis.
hec Bon. et Rich. Item so-
lus presbyter ex commissione pos-
sit ordines minores conferre.
Et quare presbyter ex commissione
non potest etiam maiores dare
et ex commissione et auctoritate
potest hoc facere. Respondeo solus
papa qui habet pontificalis
potestatis plenitudinem potest com-
mittere episcopo ea que ad episcopale per-
tinent dignitatem dummodo non
habeant immediatam ad verum
corpus Christi relationem. Et ideo
ex eius commissione presbyter sim-
plex potest ordines minores
conferre et etiam confirmare
ut supradictum est. Non autem
aliquis non presbyter nec etiam
presbyter potest conferre ordines
maiores qui habent immediatam
relationem ad verum corpus Christi
super quod consecrationem. Papa
non habet maiorem potestatem
quam presbyter simplex. hec Tho.
Quidam autem dixerunt quod
papa committere potest cuilibet
clerico quod conferat ordinem
quem habet non autem ordi-
nem quem non habet puta
dyacono quod conferat dyaco-
natum non autem presbyteratum. Et huius
sententie fuisse videtur Ray.
ex. de consue. quanto in prima
glo. cui non est ut puto sed
potius premisse sententie stan-
dum. Circa secundum queritur
utrum episcopus excommunicatus pos-
sit ordines conferre. Respondeo
quod sic ordinum tamen executionem
conferre non potest quia eam non
habet et quod quis non habet
conferre non potest. i. q. i. gratia et